

**B**ona S. Fortis Regina Poloniae, Ioannes  
Latalski Episcopus Posnaniensis, Ioannes Laski  
Prepositus Gnesnensis. Agebatur ut Lathalicius fi-  
ret Archi-Episcopus Gnesnensis Ioannes vero Laski  
Prepositus, Episcopus Posnaniensis esset—

70

**S**acra Reginalis Maiestas D. Domina, Domina Clementissi-  
ma Perpetuam Seruitorum nostrorum commendationem  
Ianti nobis faciendam putauimus gratiam Maiestatis Ve-  
strae Serenissime, ut ne cogitare quidem voluerimus quic-  
quam, per quod a nobis illam alienari aut minima eti-  
am in parte immutari posse credimus. Atque quom-  
non nihil nunc de rebus nostris colloqueremur, nihil  
omnino tentare voluimus, nisi exploratam prius mentem  
causa Maiestatis Vestrae haberemus, incerti an ea, quae a-  
nimo concepimus, futura essent grata. Maiestati Vestrae  
Serenissime, cuius gratiam nobis rebus omnibus antepo-  
nendam existimamus. Sed quoniam illae literae satis  
explicari non possunt, egimus cum hoc Magnifico Do-  
mine Nicolao de Rusocruce Castellano Biechoviensi  
ut iter hoc ad Vestram sacram Maiestatem Ve-  
stram nostras causas non graueretur suscipere, remque  
omnem et se habere simulque supplicationem nostram  
exponere Vestrae Maiestati Serenissime, quam nos gra-  
tia ac Clementia caere Maiestatis Vestrae facile sub-  
mittimus, ac diligentissime commendamus. Et illi fidem  
certam adhibere, praeterca quae dicturus est, commendata  
habere

habere apud se dignareur; idque postremo de nobis certo  
persuadere; nos perpetuo & sine exceptione, quod dicitur, fore  
ut uno verbo complectar omnia diligentissimos Servito-  
res Vestre Maiestatis Reverentissima. Cuius Reginali Cle-  
mentie nostras perpetua servitia humillime commen-  
damus. Datum Petricovis die XII. Decembris  
Anno Domini 1530.